Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



48.

ipse sacerdos: sed et pectori et ejus ipsorum tumulo capsula superposita est, in qua B. Thaddei Apostoli reliquiae continentur. -- Facta sunt haec eodem anno, quo beatus Papa noster Eugenius tertius, ejusdem patris sancti in conversatione sancta finis, ab hac luce, vel ab hac magis caligine migravit ad lucem, cujus merita in ipsa, cui insignniter profuit, urbe miraculis plurimis illustrata coruscant. De reliquiis et cultu S. P. Bernardi vide infra

36) Jongelinus Not. Abb. Cister. Bruschius Monasteriol. Henriques Menol. ad 19 Febr. At Cat. Casarensis: Ulrius ex Lucetta I. Abbas electus Anno 1134. Obiit anno 1155. 2 Martii.

37) Martyrologium Cisterciense. Pridie Kalendas Aprilis obiit Dominus Gozeninus, quintus Cisterii Abbas. De anno obitus vid. Manriquesum ad hunc an. c. 1.

38) Epistolam Imperatoris ad Capitulum generale Cisterciense, recitat Manriques Annal. ad an. 1155. En qua advertas affectum summi hujus Principis erga sacrum hunc Ordinem. Credimus enim, ait, imo vere scimus, quod tanta est sanctitas hujus reverendi Ordinis, tamque est placens, tamque suave et acceptabile holocaustum orationum vestrarum: quod omne id quod a Creatore nostro duxeritis petendum, obtinebitis --- petimus et offeramus omnium precum instantia, quatenus in fraternitatem vestram nos recipientes, et in consortium sanctissimum orationum vestrarum nos colligentes, Sociale Creatori nostro preces effundere dignemini, et gratia sua misericordiae in nobis deleat et emendet, quidquid hactenus commisimus etc

39) Manriques Annal. ad an. 1158 c. 20

40) Gigonius ad hunc annum apud Manriquem Ann. ad 1161, c. 4.

41) Obiit tertio calendas Maji anno 1157. Vid. Henriques Menol. ad 29 Apr. et Manriques